

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Humilitas r cum uariis

Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni. Aliter olet flos uue, quia magna est uirtus et opinio predicatorum, qui inebriant mentes audiencium, aliter flos oliue quia suaue est opus misericordie quod refouet et lucet, aliter flos rose quia mira est fragrancia, que rutilat et redolet ex cruore martirum, aliter flos lilii quia candida uita carnis de incorruptione uirginitatis, aliter flos uiole quia uirtus humilium, qui ultima loca tenentes per humilitatem se a terra in altum non subleuant, et celestis regni purpuram in mente seruant, aliter redolet spica cum ad maturitatem perducitur, quia bonorum operum perfectio ad sacietatem eorum, qui esuriunt iusticiam preparatur.

Gregorius super Iozechielem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Humilitas r] Humilitas s P V¹ V² L¹ L²; olet] odel (*cor. infra*) B; uirtus] eius *add.* P V¹ V² L¹ L²; qui inebriant] que inebriat P V¹ V² L¹ L²; quod] que P V¹ V² L¹ L²; fragrancia] flagrantia P V¹, fragrans V² L¹ L²; per humilitatem *om.* P V¹ V² L¹ L²; perducitur] producitur P V¹ V² L¹ L²; bonorum] l *add.* (*del. sub lin.*) B; ad *om.* V² L¹ L²; sacietatem] societatem V² L¹ L²; preparatur] praeparat L¹ L²; Iozechielem] Sedechiam P V¹, Ezechielem V² L¹ L²